



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque  
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

**Coloniæ Agrippinæ, 1687**

Affectus circa quartam ista[m] consideratione[m]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](#)

Verum in quantam miseriam hoc peccatum illam ipsam sacratissimam Domini nostri personam redegit? Quantumvis Deus esset, attamen æternus Pater illius voluit, ut rigorissimam sustineret passionem, omniumque quasi hominum miserrimus afflictissimusque evaderet, si pro peccato hoc satisfacere velle. Si ille, qui non nisi peccati similitudinem induerat, alienumque dumtaxat peccatum portabat, tanta raimen fuit habitus cum severitate, quid erit de misero homine, qualis ego sum, qui ipsem tot commisi delicta? Si supplicia tam horribilia personam istam afficiunt divinam, quid ego habeo expectare? si ignis divinæ justitiæ sic ardet in viridi ligno sacro sanctæ, infiniteque innocentis humanitatis, quanto ardore invadet lignum aridum animæ meæ tot peccatis onustæ? Nunquid hoc est, quod ipsem tot *Luc. 23, 31.* divinus Salvator ajebat: *Si in viridi ligno faciunt, in arido quid fieri?*

*Affectus circa quartam istam Confessionem.*

**A**gnosco, mi Deus, mereri me eandem pœnam, eundemque infernum, quem promeriti fuere Diaboli, imò infernum ego mereor particularem, quia multò illis amplius ego te offendii. Illi è cœlo projecti fuerunt ob admisum unicum peccatum, & mea (eheu!) numerari non possunt. Insuper ego illa commisi permagnâ cum malitiâ, suffocaris non raro remorsibus interioribus, sanctis tuis contemptis

temptis inspirationibus, propriâque malitiosis-  
mè proculcatâ conscientiâ.

Domine, non intres in iudicium cum mi-  
sero & calamitoso servo tuo. Noli me secun-  
dum mea punire demerita. Cohibe ponderosam  
iracundiæ tuæ manum. Noli hunc mise-  
rum & abjectum in tenebricosa illa præcipita-  
re ergastula, ubi nil nisi horror & confusio,  
etsi id justissimè meruerim. Ignosce mihi o-  
mnia peccata mea per infinitam bonitatem tu-  
am, quæ semper indefessa fuit in creaturis tuis  
miserrimis beneficiendo. Hoc te oþo & ob-  
testor per pretiosum sanguinem Salvatoris mei  
in cruce pro me effulsum, per ardente cordis  
tui amore plenissimi fornacem, qui quidem  
amor te, ut filium tuum morti pro peccatoribus  
traderes, impulit. Noli me perdere, qui tanti  
tibi consti. Noli attendere ad multitudinem  
peccatorum meorum, quia merita Salvatoris  
mei Jesu Christi illa longè excedunt.

Et tu, amantissime Redemptor, noli per-  
mittere, ut totus crux tuus pro me effusus sit  
inutilis, recordare tot operum laboriosorum,  
quæ pro me peregisti, totque dolorum, quos  
pro me pertulisti. Crudelem omnino tu mor-  
tem pertulisti, ut me ab inferno redimeres, noli  
ergo illuc me condemnare. Tu calicem ama-  
rissimum immodicæ passionis eropasti, ut me in  
gloriam restitueres, illam ergo mihi retribue.  
Tua quoque resagitur, Domine, ne permittas  
perire animam meam, quam tanto pretio rede-  
misti. Redde mihi gratiam tuam, fac ut dein-  
ceps tibi ac pro te vivam, teque nunquam am-  
plius offendam,

Potius

Potius mori, Domine, potius omnia mundi subire tormenta, quam ullum amplius committere peccatum mortale, immo neque veniale deliberatum. Vah! nimium tuâ in me supportando patientia abusus fui, tempus est, ut ita efficaciter me ad te convertam, ut nunquam amplius à te deficiam. Verum ut ista resolutio, quam modò concipio, firma constans, atque inviolabilis sit, sincerè promitto, fideliter me laboraturum, ut tale vel tale vitium radicitus extirpem, quod hactenus origo fuit meorum lapsuum, curare, ut talis vel talis inordinatio aboleatur, sedulò incumberere in destructionem talis aut talis pravizie, qui me sèpius quasi invitum pertrahit in peccatum.

*Facienda  
est reso-  
lutio circa  
aliquid in  
particula-  
ri.*

Confirmata hæc bona proposita, quæ non nisi à sancta tua procedunt inspiratione. Gratias ago tibi ex omnibus viribus meis, quod hactenus me expectaris ad poenitentiam, quod mihi tot concesseris gràtias, non attento quod inimicus tuus essem, quodque misericorditer cohibueris vindictam tuam, quæ in caput meum criminibus plenum incidere debebat. Egó me omnino tibi offero pro tota reliqua vita mea, corpus, inquam, animam, actiones meas, & quidquid sum ac possum. Fac, mi Deus, ut, cum rens gravissimorum scelerum coram divina tua Majestate comparuerim, justificatus & à criminibus meis absolutus recedam, Amen.

*Gratiarū  
actio.*

*Oblatio.*

*Petitio.*

*Monia.*